

Summe Vir, Auguri, quem nil nescire negari
Non licet, ingenium quae didicisse decet,
Tam bene si scirem quae me nescire negasti,
Quam scio te summis Vatis esse parem,
Tum te Veridicum possem quoque dicere Vatum,
Ut credo reliquis Vatis esse parem.
Fingeri nimirum docto dat Musa poeta
Quod lubet, et Verum non Videt ullus amor.
Sic ego iudicio nil nescio Vatis amici:
Non ita, si Vatis deeris amicus, ero.
Scire negas unum, quod spondis Velle doceri,
Nempe matum Vestri muneris esse librum.
Hoc unum est quod & nolim didicisse magistro,
Nec possum: contra stat tuus ille liber.
Quae tam fruge bona est, quae tam iucunda legenti
Pagina, tot promens seria totque joca,
Melle madens, et felle rigens, et utroque diserta,
Sic docet ut placeat, sic placet ut doceat.



Salmasius tuus, numini Musarum
tuarum afflatus repente fuis sis malis.
Versiculis pro bono libro summas gratias
agit; Lida kalendis Julij MDCCXLIV.

B. P. R. 1886